

ro patiatu fidei defectum circa ipsum sacramentum quod exhibet, licet credat per id quod agit exterius, nullum sequi interiorem effectum, non tamen ignorat quod Ecclesia Catholica intendit per huiusmodi quæ exterius aguntur, præbere sacramentum: unde, non obstante infidelitate, potest intendere facere id quod facit Ecclesia, licet æstimet id nihil esse. Et talis intentio sufficit ad sacramentum: quia, sicut supra dictum est (art. præc. ad 2.) minister sacramenti agit in persona totius Ecclesie, ex cuius fide suppletur id quod deest fidei ministri.

Ad secundum dicendum, quod hereticorum quidam in collatione sacramentorum formam Ecclesie non servant; & tales neque sacramentum conferunt, neque rem sacramenti: quidam vero servant Ecclesie formam; & tales conferunt quidem sacramentum, sed non conferunt rem sacramenti. Et hoc dico, si sunt manifeste ab Ecclesia præcisi, quia ex hoc ipso quod aliquis accipit sacramenta ab eis, peccat; & per hoc impeditur ne effectum sacramenti consequatur. Unde Augustinus (Fulgentius) dicit in lib. de Fide ad Petrum (cap. xxxvi.) *Firmissime tene, & nullatenus dubites, extra Ecclesiam baptizati, si ad Ecclesiam non redierint, baptisimo cumulari pernicem.* Et per hunc modum dicit Leo Papa, in sede Alexandrina sacramentorum lumen esse exinctum, scilicet quantum ad rem sacramenti, non autem quantum ad ipsum sacramentum. Cyprianus autem nullo modo sacramentum conferre hæreticos posse credebat; sed in hoc eius sententia non tenetur. Unde Augustinus dicit (lib. de unico baptisimo cont. Petil. cap. xiiii. à med.) *Martyrem Cyprianum, quia apud hereticos, vel schismaticos datum baptisimus nolebat cognoscere, tanta merita usque ad triumphum martyrii secuta sunt, ut caritatis, qua excellerat, luce umbraatio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce, tolleretur.*

Ad tertium dicendum, quod potestas ministrandi sacramenta pertinet ad spirituales characterem, qui indelebilis est, ut ex supra dictis patet (quest. præc. art. 5.) Et ideo per hoc quod aliquis ab Ecclesia suspenditur, vel excommunicatur, vel etiam degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licentiam utendi hac potestate: & ideo sacramentum quidem confert, sed tamen peccat conferendo: & similiter ille qui ab eo accipit sacramentum; & sic non percipit rem sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusetur.

Ad quartum dicendum, quod potestas ministrandi sacramenta pertinet ad spirituales characterem, qui indelebilis est, ut ex supra dictis patet (quest. præc. art. 5.) Et ideo per hoc quod aliquis ab Ecclesia suspenditur, vel excommunicatur, vel etiam degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licentiam utendi hac potestate: & ideo sacramentum quidem confert, sed tamen peccat conferendo: & similiter ille qui ab eo accipit sacramentum; & sic non percipit rem sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusetur.

ARTICULUS X. 359

Utrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

Inf. quest. lxxiv. art. 2. ad 2. & IV. dist. vi. quest. 1. art. 2. quest. 2. & dist. xi. art. 1. quest. 3. ad 1. & dist. x. quest. 1. art. 3. ad 3.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari intentioni Ecclesie, ut ex dictis patet (art. 8. huj. q. ad 2.) Sed intentio Ecclesie semper est recta. Ergo de necessitate ad sacramenti perfectionem requiritur intentio recta ministri.

2. Præterea. Perversa intentio deterius esse videtur quam intentio iocosa. Sed intentio iocosa tollit sacramentum, puta si aliquis non serio, sed ludo aliquem baptizaret. Ergo multo magis perversa intentio aufert sacramentum, puta si aliquis aliquem baptizaret, ut postmodum eum occideret.

3. Præterea. Perversa intentio facit totum opus vitiosum, secundum illud Luc. xi. 34. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Sed sacramenta Christi non possunt inquinari per malos homines, sicut Augustinus dicit contra Petil. (lib. II. cap. xlvii. ad fin. & lib. III. cont. Crescon. cap. v. & vi.) Ergo videtur quod si sit perversa intentio ministri, non sit ibi verum sacramentum.

Sed contra est quod perversa intentio pertinet ad malitiam ministri. Sed malitia ministri non tollit sacramentum. Ergo nec perversa intentio.

Respondetur dicendum, quod intentio ministri potest perverti dupliciter. Uno modo respectu ipsius sacramenti, puta cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere: & talis perversitas tollit veritatem sacramenti, præcipue quando suam intentionem exterius manifestat. Alio modo potest perverti intentio ministri quantum ad id quod sequitur sacramentum; puta si Sacerdos intendat aliquem feminam baptizare, ut abutatur ea; vel si intendat consicere corpus Christi, ut eo ad veneficia utatur. Et quia prius non dependet à posteriori, inde est quod talis intentionis perversitas veritatem sacramenti non tollit; sed ipse minister ex tali intentione graviter peccat.

Ad primum ergo dicendum, quod Ecclesie intentio recta est, & quantum ad sacramenti perfectionem, & quantum ad sacramenti usum; sed prima restitudo perficit sacramentum,

sc-

secunda operatur ad meritum. Et ideo minister qui conformat intentionem suam Ecclesie, quantum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad secundam, perficit quidem sacramentum, sed non est sibi ad meritum.

Ad secundum dicendum, quod intentio iocosa, vel iocosa excludit primam rectitudinem intentionis, per quam perficitur sacramentum. Et ideo non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quod perversa intentio pervertit opus intendentis, non autem opus alterius. Et ideo ex perversa intentione ministri pervertitur id quod agit in sacramentis, in quantum est opus ejus, non in quantum est opus Christi, cuius est minister: & est simile, si minister alicujus hominis prava intentione deferret pauperibus elemosynam, quam dominus recta intentione mandaret.

QUÆSTIO LXV.

De numero sacramentorum,

in quatuor articulis divisæ.

DEinde considerandum est de numero sacramentorum: & circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum sint septem sacramenta.

Secundo, de ordine eorum ad invicem.

Tercio de comparatione eorum.

Quarto, utrum omnia sint de necessitate salutis.

ARTICULUS I. 360

Utrum debeant esse septem sacramenta Ecclesie.

IV. dist. 1. quest. 1. art. 2. & IV. cont. cap. LVIII.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non debeant esse septem sacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute divina & ex virtute passionis Christi. Sed una est virtus divina, & una Christi passio: una enim oblatio consummavit in sempiternum sanctificatos, ut dicitur Hebr. x. 14. Ergo non debuit esse nisi unum sacramentum.

2. Præterea. Sacramentum ordinatur contra defectum peccati. Hic autem est duplex, scilicet poena, & culpa. Ergo sufficeret esse duo sacramenta.

3. Præterea. Sacramenta pertinent ad actiones Ecclesiasticas Hierarchie, ut per Dionysium patet (cap. 11. & v. Eccl. Hierarch. à princ.) Sed, sicut ipse dicit (ibid.) tres sunt actiones Hierarchie, scilicet purgatio, illuminatio, & perfectio. Ergo non debent esse nisi tria sacramenta.

S. Thom. Op. Tom. V.

4. Præterea. Augustinus dicit XIX. contra Faustum (cap. xi. r. à med.) quod sacramenta nova legis sunt numero pauciora quam sacramenta veteris legis. Sed in veteri lege non erat aliquod sacramentum quod responderet confirmationi, & extrema unctioni. Ergo neque hæc debent numerari inter sacramenta nove legis.

5. Præterea. Luxuria non est gravius inter cetera peccata, ut patet ex his quæ in secunda parte dicta sunt (2. 2. quest. c. lxxv. art. 3.) Sed contra alia peccata non instituitur aliquod sacramentum. Ergo neque contra luxuriam debuit institui sacramentum matrimonii.

6. Sed contra videtur quod sint plura sacramenta. Sacramenta enim dicuntur quasi quedam facta signa. Sed multe alie sanctificationes sunt in Ecclesia secundum sensibilia signa, sicut aqua benedicta, consecratio altaris, & alia huiusmodi. Ergo sunt plura sacramenta quam septem.

7. Præterea. Hugo de S. Victore dicit (lib. I. de Sacramento, part. xii. cap. x.) quod sacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decima, & sacrificia. Sed sacrificium Ecclesie est unum sacramentum, quod dicitur Eucharistia. Ergo etiam oblationes, & decima debent dici sacramenta.

8. Præterea. Tria sunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale. Sed contra originale peccatum ordinatur baptismus, contra mortale autem penitentia. Ergo debet esse aliud præter septem, quod ordinetur contra veniale.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. lxxiv. art. 3. & quest. lxxiii. art. 1.) sacramenta Ecclesie ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in his quæ pertinent ad cultum Dei secundum religionem christianam vitæ, & etiam in remedium contra defectum peccati. Utroque autem modo convenienter ponuntur septem sacramenta. Vita enim spiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut & cetera corporalia conformitatem quandam spiritualium habent. In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur: uno modo quantum ad personam propriam; alio modo per respectum ad totam communitatem societatis, in qua vivit: quia homo naturaliter est animal sociale. Respectu autem simplicius perficitur homo in vita corporali dupliciter: uno modo per se, acquirendo scilicet aliquam vitæ perfectionem; alio modo per accidens, scilicet removendo impedimenta vitæ, puta agilitates, vel aliquid huiusmodi. Per se autem perficitur corporalis vita tripliciter. Primo quidem per generationem, per quam homo incipit esse, & vivere: &

Vy 2

lo-

Dei, magis videtur ad futurum respicere quam ad præsens tempus.

ARTICULUS III. 366

Utrum aqua sit propria materia baptismi.

1^a dist. 111. art. 1. quæst. 1. & dist. XVII. quæst. 111. art. 4. quæst. 3. & IV. cont. cap. LXI. & quæst. 11. art. 10. cor. & 10. 111.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod aqua non sit propria materia baptismi. Baptismus enim secundum Dionysium (cap. 11. eccl. Hier.) & Damascenum (Lib. IV. orth. Fid. cap. x. cir. med.) habet vinum illuminativam. Sed illuminatio maxime competit igni. Ergo baptismus magis debet fieri in igne quam in aqua; præsertim cum Joanes Baptista prænuentians Christi baptismum dicat (Matth. 111. 11.) *Nisi quis baptizabitur in Spiritu Sancto, & igni.*

2. Præterea. In baptismis significatur ablutio peccatorum. Sed multa alia sunt ablutiva quam aqua; sicut vinum, & oleum, & hujusmodi alia. Ergo etiam in his potest fieri baptismus. Non ergo aqua est propria materia baptismi.

3. Præterea. Sacramenta Ecclesie fluxerunt de latere Christi pendens in cruce, ut supra dictum est (quæst. LXIII. art. 5.) Sed inde fluxit non solum aqua, sed etiam sanguis. Ergo videtur quod etiam in sanguine possit fieri baptismus: qui etiam videtur magis convenire cum causa, & effectu baptismi, quia dicitur Apocal. 1. 5. *Lavis nos à peccatis nostris in sanguine suo.*

4. Præterea. Sicut Augustinus (simplic. serm. xxxvi. de temp. à med.) & Beda (loc. cit. quæst. LXIII. art. 4. & hab. in Glos. ord. sup. illud Lucæ 111. *Iesu baptizato, &c.*) dicunt, *Christus tactu sua mundissima carnis vim regenerativam, & purgativam contulit aquis* Sed non omnis aqua continuatur cum aqua Jordanis, quam Christus tetigit sua carne. Ergo videtur quod non in omni aqua possit fieri baptismus: & ita aqua, in quantum hujusmodi, non est propria materia baptismi.

5. Præterea. Si aqua secundum se esset propria baptismi materia, non oporteret aliquid aliud fieri circa aquam, ad hoc quod in ea baptismus fieret. Sed in solemnibus baptismis aqua, in qua debet celebrari baptismus, exorcizatur, & benedicitur. Ergo videtur quod aqua secundum se non sit propria baptismi materia.

Sed contra est quod Dominus dicit Joan. 111. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.*

Respondeo dicendum, quod ex institutio ne divina aqua est propria materia baptismi; & hoc convenienter. Primo quidem quantum ad ipsam rationem baptismi, qui est regeneratio in spiritualem vitam; quod maxime congruit aquæ. Unde & femina, ex quibus generantur omnia viventia scilicet plantæ, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent. Propter quod quidam Philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo quantum ad effectum baptismi, quibus competunt aquæ proprietates; quæ sua humiditate lavat; ex quo conveniens est ad significandam, & causandam ablutioem peccatorum; sua frigiditate etiam temperat, superfluitatem caloris: & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam fomitis: sua diaphanitate est luminis susceptiva; unde competit baptismis, in quantum est fidei sacramentum.

Tertio quia convenit ad representandum mysteria Christi, quibus justificamur. Ut enim dicit Chrysostomus super illud Joan. 111. *Nisi quis renatus fuerit &c.* (hom. xxiv. in Joan. 4. med.), sicut in quodam sepulcro, in aqua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occulatur: & deinde novus rursus ascendit. Quarto quia ratione suæ communitatis & abundantie est conveniens materia necessitati hujus sacramenti: potest enim ubique de facili haberi.

Ad primum ergo dicendum, quod illuminatio pertinet ad ignem active. Ille autem qui baptizatur, non efficitur illuminatus, sed illuminatus per fidem, quæ est *auditus*, ut dicitur Rom. x. Et ideo magis competit aquæ baptismis quam ignis. Quod autem dicitur *Baptizabit vos in Spiritu Sancto, & igni*, potest per ignem, ut Hieronymus dicit (sup. hunc loc. Matth.) intelligi Spiritu Sanctus, qui super discipulos in igneis linguis apparuit, ut dicitur Act. 11. Vel per ignem potest intelligi tribulatio, ut Chrysostomus dicit super Matth. (alius Auctor hom. 111. in op. imperf. aliquant. à med.) quia *tribulatio peccata purgat, & concupiscentiam dimminuit*. Vel quia, ut Hilarius dicit super Matth. (can. 11. cir. med.) *baptizatis in Spiritu Sancto reliquum est consummari igne iudicii.*

Ad secundum dicendum, quod vinum, & oleum non communiter assumuntur ad usum ablutiois, sicut aqua; nec etiam ita perfecte abluunt: quia ex eorum ablutioe remanet aliqua infectio quantum ad odorem, quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter, & abundanter habentur, sicut aqua.

Ad tertium, dicendum, quod ex latere Christi fluxit aqua ad abluendum, sanguis autem ad redimendum. Et ideo sanguis competit sacramento Eucharistie, aqua autem sacramento baptismi, qui tamen habet vinum

vinum ablutivum ex virtute sanguinis Christi.

Ad quartum dicendum, quod virtus Christi derivata est ad omnem aquam, non propter continuitatem loci, sed propter similitudinem speciei. Unde dicit Augustinus in quodam sermone Epiphaniæ (xxxvi. de temp. à med.) *Quæ de Salvatore baptismate benedictio fluxit, tamquam fluxiois spiritualis, omnium gurgitum tractur, universorum fontium venas implevit.*

Ad quintum dicendum, quod illa benedictio quæ adhibetur aquæ, non est de necessitate baptismi, sed pertinet ad quandam solemnitatem, per quam excitatur devotio fideium, & impeditur astutia demonis, ne impediatur baptismi effectum.

ARTICULUS IV. 367

Utrum ad baptismum requiratur aqua simplex.

IV. dist. 111. art. 3. quæst. 2. & IV. cont. cap. LVIII.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod ad baptismum non requiratur aqua simplex. Aqua enim quæ apud nos est, non est aqua pura; quod præcipue apparet de aqua maris, in qua plurimum admiscetur de terrestri, ut patet per Philosophum in Lib. II. Meteor. (cap. 111.) Et tamen in tali aqua potest fieri baptismus. Ergo non requiritur aqua simplex, & pura ad baptismum.

2. Præterea. In solemnibus celebrationibus aquæ infunditur christi. Sed hoc videtur impedire puritatem, & simplicitatem aquæ. Ergo aqua pura, & simplex non requiritur ad baptismum.

3. Præterea. Aqua fluens de latere Christi pendens in cruce fuit signum baptismi, ut dictum est (art. præc. ad 3.) Sed aqua illa non videtur fuisse aqua pura, eo quod in corpore mixto, cuiusmodi fuit corpus Christi, non sunt elementa in actu. Ergo videtur quod non requiratur aqua pura, vel simplex ad baptismum.

4. Præterea. Lixivium non videtur esse aqua pura: habet enim (a) contrarias proprietates aquæ, scilicet calefaciendi, & delicandi. Et tamen in lixivio videtur posse fieri baptismus, sicut & in aquis balnearum, quæ transeunt per venas sulphureas, sicut & lixivium colatur per cineres. Ergo videtur quod aqua simplex non requiratur ad baptismum.

5. Præterea. Aqua rosacea fit (b) per sublimationem à rosis; sicut etiam aquæ alchimicæ generantur per sublimationem ab aliquibus corporibus. Sed in his aquis, ut videtur,

S. Th. Op. Tom. V.

(a) Nicolajus proprietates contrarias. (b) Sublimationem.

potest fieri baptismus, sicut & in aquis pluvialibus, quæ per sublimationem vaporum generantur. Cum igitur hujusmodi aquæ non sint puræ, & simplices; videtur quod aqua pura, & simplex non requiratur ad baptismum.

Sed contra est quod propria materia baptismi est aqua, ut dictum est (art. præc.) Sed speciem aquæ non habet nisi aqua simplex. Ergo aqua pura, & simplex de necessitate requiritur ad baptismum.

Respondeo dicendum, quod aqua suam puritatem, & simplicitatem potest amittere dupliciter: uno modo per mixturem alterius corporis; alio modo per alterationem. Utrumque autem horum contingit fieri dupliciter, scilicet per artem, & per naturam. Ars autem deficit ab operatione naturæ: quia natura dat formam substantialem, quod ars facere non potest; sed omnes formæ artificiales sunt accidentales, nisi forte apponendo propriam agentem ad propriam materiam, sicut ignem combustibili: per quem modum à quibusdam quædam animalia per putrefactionem generantur.

Quæcumque igitur transmutatio circa aquam facta est per artem, sive commiscendo, sive alterando, non transmutatur species aquæ. Unde in tali aqua potest fieri baptismus: nisi forte aqua admiscetur per artem in tanta parva quantitate alicui corpori, quod compositum magis sit aliud quam aqua; sicut lutum magis est terra quam aqua, & vinum lymphatum magis est vinum quam aqua.

Sed transmutatio, quæ fit à natura, quandoque quidem speciem aquæ solvit: & hoc fit, quando aqua efficitur per naturam de substantia alicujus corporis mixti; sicut aqua conversa in liquorem uvæ est vinum, unde non habet speciem aquæ; aliquando autem fit per naturam transmutatio aquæ sine solutione speciei; & hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua calefacta à Sole, quam etiam per mixturem, sicut patet de aqua fluminis turbida ex permixtione terrestrium partium. Sic ergo dicendum est, quod in qualibet aqua qualitercumque transmutata, dummodo non solvatur species aquæ, potest fieri baptismus; si vero solvatur species aquæ, non potest fieri baptismus.

Ad primum ergo dicendum, quod transmutatio facta in aqua maris, & etiam in aliis aquis quæ penes nos sunt, non est tanta quod solvat speciem aquæ. Et ideo in hujusmodi aquis potest fieri baptismus.

Ad secundum dicendum, quod admixtio christi non solvit speciem aquæ, sicut nec etiam aqua decoctionis carniarum, aut aliorum hujusmodi: nisi forte sit facta tanta resolutio

Z 2

U. un. m. l. Tarrac. Alcan. alitque editi passim. Al.

Et ideo potest Eucharistia præmitti confirmati-
oni, ut Dionysius facit in lib. de Ecclesiast.
Hierarch. (cap. 111. & 14.) & potest post-
poni, sicut Magister facit in IV. Sentent. (dist.
VII. & VIII.)

Ad quartum dicendum, quod ratio illa
recte procederet, si penitentia ex necessitate
requireretur ut preparatoria ad Eucharistiam.
Sed hoc non est verum: nam si aliquis effec-
t sine peccato mortali, non indigeret penitentia
ad assumptionem Eucharistie. Et sic pater quod
per accidens penitentia præparat ad Eucharis-
tiam, scilicet supposito peccato. Unde dicitur
II. Paralip. ult. (a) *Te Domine iustorum; non
pessisti penitentiam iusti.*

Ad quintum dicendum, quod extrema
unctio propter rationem inductam est ultimum
inter sacramenta quæ ordinantur ad perfectio-
nem unius personæ.

ARTICULUS III. 362

Utrum sacramentum Eucharistie sit potissimum in-
ter sacramenta.

IV. dist. VII. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. corp.
& dist. VIII. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. & IV.
cap. cap. LXXIV. & ver. quæst. VII.
art. 4. corp. fin.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod
Sacramentum Eucharistie non sit potissi-
mum inter sacramenta. Bonum enim commu-
ne potius est quam bonum unius; ut dicitur
I. Ethic. (cap. 11. in fin.) Sed matrimonium
ordinatur ad bonum commune speciei huma-
næ per viam generationis; Sacramentum au-
tem Eucharistie ordinatur ad bonum proprium
sumentis. Ergo non est potissimum sacramen-
torum.

2. Præterea. Digniora sacramenta esse vi-
dentur quæ per majorem ministrum conferuntur.
Sed Sacramentum Confirmationis, & Sacra-
mentum Ordinis non conferuntur nisi per Episcopum;
qui est major minister quam simplex
Sacerdos, per quem confertur Eucharistia Sa-
cramentum. Ergo illa sacramenta sunt potiora.

3. Præterea. Sacramenta tanto sunt potiora;
quanto majorem virtutem habent. Sed
quædam sacramenta imprimunt characterem,
scilicet baptismus, confirmatio, & ordo: quod
non facit Eucharistia. Ergo illa sacramenta
sunt potiora.

Præterea. Illud videtur esse potius ex
quo alia dependent, & non è converso. Sed
ex baptismo dependet Eucharistia: non enim
potest aliquis Eucharistiam accipere, nisi fue-

rit baptizatus. Ergo baptismus est potior Eucharistia.

rit baptizatus. Ergo baptismus est potior Eucharistia.

Sed contra est quod Dionysius dicit 111. cap. Eccl. Hierarch. parum à princ. quod non contingit aliquem perfecti perfectione hierarchica; nisi per divinissimam Eucharistiam. Ergo hoc sacramentum est potissimum omnium aliorum.

Respondeo dicendum, quod simpliciter loquendo; Sacramentum Eucharistie est potissimum inter alia sacramenta. Quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem ex eo quod in eo continetur: nam in Sacramento Eucharistie continetur ipse Christus substantialiter; in aliis autem sacramentis continetur quedam virtus instrumentalis participata à Christo; ut ex supra dictis patet (quæst. LXV. art. 4. ad 3.) semper autem quod est per essentiam, potius est eo quod est per participationem. Secundo hoc apparet ex ordine Sacramentorum ad invicem: nam omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum sicut ad finem. Manifestum est enim quod sacramentum ordinis ordinatur ad Eucharistie consecrationem; sacramentum vero Baptismi ordinatur ad Eucharistie receptionem: in quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, ut non veniat se subtrahere à tali sacramento: per penitentiam etiam; & extremam unctionem preparatur homo ad digne sumendum Corpus Christi: matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum significat conjunctionem Christi, & Ecclesie, cujus unitas per sacramentum Eucharistie figuratur. Unde & Apostolus dicit Ephes. v. 31. *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Tertio hoc apparet ex ritu sacramentorum. Nam fere omnia sacramenta in Eucharistia consummantur, ut Dionysius dicit cap. 111. Eccl. Hier. (circ. princ.) sicut patet quod ordinati communicant, & etiam baptizati, si sint adulti.

Aliorum autem sacramentorum comparatio ad invicem potest esse multiplex. Nam in via necessitatis baptismus est potissimum sacramentorum; in via autem perfectionis sacramentum ordinis; medio autem modo se habet sacramentum confirmationis; sacramentum vero Penitentiae, & Extremæ-Unionis sunt inferioris gradus à prædictis sacramentis: quia, sicut dictum est (art. 1. huj. quæst.) ordinatur ad vitam christianam non per se, sed quasi per accidens, scilicet in remedium supervenientis defectus: inter quæ tamen extrema unctio comparatur ad penitentiam, sicut confirmatio ad baptismum; ita scilicet quod penitentia est majoris necessitatis, sed extrema unctio est majoris perfectionis.

Ad
11. (a) *Habetur in oratione: Manasse inter apocrypha ante III. librum Esdræ.* non 122. xviii. 4.

Ad primum ergo dicendum, quod matrimonium ordinatur ad commune bonum corporaliter; sed bonum commune spirituale totius Ecclesie continetur substantialiter in ipso Eucharistie Sacramento.

Ad secundum dicendum, quod per ordinem, & confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua specialia officia, quæ pertinent ad officium Principis: & ideo tradere hujusmodi sacramenta pertinet ad solum Episcopum, qui est quasi Princeps in Ecclesia. Per Sacramentum vero Eucharistie non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc Sacramentum est finis omnium officiorum, ut dictum est (in corp.)

Ad tertium dicendum, quod character sacramentalis, sicut supra dictum est (quæst. LXV. art. 3.) est quedam participatio sacerdotii Christi. Unde sacramentum quod ipsum Christum conjungit homini, est dignius sacramento quod imprimat Christi characterem.

Ad quartum dicendum, quod ratio illa procedit ex parte necessitatis: sicut enim baptismus, cum sit maxime necessitatis, est potissimum sacramentorum; sic ordo, & confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerii, & matrimonium ratione significationis: nihil enim prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod tamen non est dignius simpliciter.

ARTICULUS IV. 363

Utrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

IV. dist. VII. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. & quæst. 3. art. 2. quæst. 1.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Illud enim quod non est necessarium, videtur esse superfluum. Sed nullum sacramentum est superfluum: quia Deus nihil facit frustra. Ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

2. Præterea. Sicut de baptismo dicitur (Joann. 111. 5.) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei:* ita de Eucharistia dicitur Joann. vi. 54. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ergo sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & Eucharistia.

3. Præterea. Sine sacramento baptismi potest aliquis salvus fieri, dummodo non contemptus religionis, sed necessitas sacramentum excludat, ut infra dicitur (quæst. LXVIII. art. 1. & 2.) Sed in quolibet sacramento contemptus religionis impedit hominis salutem. Ergo

pari ratione omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

Sed contra est quod pueri salvantur per solum baptismum, sine aliis sacramentis.

Respondeo dicendum, quod necessarium respectu finis, de quo nunc loquimur, dicitur aliquid dupliciter. Uno modo, sine quo non potest haberi finis, sicut cibus est necessarius vite humanæ; & hoc est simpliciter necessarium ad finem. Alio modo dicitur esse necessarium id, sine quo non habetur finis ita convenienter, sicut equus necessarius est ad iter: hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis sunt tria sacramenta necessaria: duo quidem personæ singulari: baptismus quidem simpliciter, & absolute; penitentia autem, supposito peccato mortali post baptismum; sacramentum autem ordinis est necessarium Ecclesie: quia ubi non est gubernator, populus corrumpet, ut dicitur Prov. XI. 14. Sed secundo modo sunt necessaria alia sacramenta. Nam confirmatio quodammodo perficit baptismum, extrema unctio penitentiam; matrimonium vero Ecclesie multitudinem per propagationem conservat.

Ad primum ergo dicendum, quod ad hoc quod aliquid non sit superfluum, sufficit quod sit necessarium primo, vel secundo modo: & sic sunt necessaria omnia sacramenta, sicut dictum est (in corp. art.)

Ad secundum dicendum, quod illud verbum Domini est intelligendum de spirituali manducatione, & non de sola sacramentali, ut Augustinus exponit super Joann. (tract. xxvi. à med.)

Ad tertium dicendum, quod licet omnium sacramentorum contemptus sit saluti contrarius; non tamen est contemptus sacramenti ex hoc quod aliquis non curat accipere sacramentum, quod non est de necessitate salutis: alioquin omnes qui non accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimonium, contemnerent hujusmodi sacramenta.

QUÆSTIO LXVI.

De pertinentibus ad Sacramentum Baptismi,

in duodecim articulis distinctis.

Deinde considerandum est de singulis Sacramentis in speciali. Primo de Baptismo; secundo de Confirmatione; tertio de Eucharistia; quarto de Penitentia; quinto de Extrema-Unionis; sexto de ordine; septimo de Matrimonio.

Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima de ipso baptismo. Secunda de preparatoriis ad baptismum.

Circa primum quatuor consideranda occurrunt.

currunt. Primo de his quæ pertinent ad Sacramentum Baptismi; secundo de ministro hujus sacramenti; tertio de recipientibus hoc sacramentum; quarto de effectu hujus sacramenti.

Circa primum quaruntur duodecim. Primo, quid sit Baptismus, utrum scilicet sit ablutio.

Secundo, de institutione hujus sacramenti.

Tertio, utrum aqua sit propria materia hujus sacramenti.

Quarto, utrum requiratur aqua simplex.

Quinto, utrum hæc sit conveniens forma hujus sacramenti: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Sexto, utrum sub hac forma possit aliquis baptizari: *Ego te baptizo in nomine Christi.*

Septimo, utrum immersio sit de necessitate Baptismi.

Octavo, utrum requiratur trina immersio.

Nono, utrum Baptismus possit iterari.

Decimo, de ritu Baptismi.

Undecimo, de distinctione baptismatum.

Duodecimo, de comparatione baptismatum.

ARTICULUS I.

364

Utrum Baptismus sit ipsa ablutio.

IV. dist. 11. art. 1. & IV. cont. cap. 1X.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod baptismus non sit ipsa ablutio. Ablutio enim corporalis transit; baptismus autem permanet. Ergo baptismus non est ipsa ablutio, sed potius regeneratio, & sigillum, & custodia, & illuminatio, ut Damascenus dicit in IV. lib. (orth. Fid. cap. x. in med.)

2. Præterea. Hugo de S. Victore dicit (lib. III. de Sacram. part. vi. cap. 11.) quod baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei. Aqua autem non est ipsa ablutio, sed ablutio est quidam usus aquæ. Ergo, &c.

3. Præterea. Augustinus dicit super Joan. (tracl. LXXX. à med.) Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Elementum autem est ipsa aqua in Sacramento Baptismi. Ergo baptismus est ipsa aqua, non autem ablutio.

Sed contra est quod dicitur Eccl. xxxiv. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lavatio ejus? Videtur ergo quod baptismus sit ipsa ablutio, sive lavatio.

Respondeo dicendum, quod in Sacramento

(a) Ita msi. & editi passim. Al. deest non. Sic autem habet Apostolus Rom. 1. 17.

ro Baptismi est tria considerare; aliquid scilicet quod est sacramentum tantum; aliquid autem quod est res, & sacramentum; aliquid vero quod est res tantum.

Sacramentum tantum est aliquid visibile exterius existens, quod scilicet est signum interioris effectus, hoc enim pertinet ad rationem sacramenti: exterius autem suppositum sensui est ipsa aqua, & ejus usus, qui est ablutio. Quidam ergo existimaverunt, quod ipsa aqua sit sacramentum: quod quidem sonare videtur verba Hugonis de S. Victore (cit. in arg. 2.) nam ipse in communi definitione sacramenti (lib. I. de Sacram. p. 1X. cap. 11. à princ.) dicit, quod est materiale elementum & in definitione baptismi dicit, quod est aqua. Sed hoc non videtur esse verum: cum enim sacramenta novæ legis sanctificationem quandam operentur, ibi perficitur sacramentum, ubi perficitur sanctificatio. In aqua autem non perficitur sanctificatio, sed est ibi quedam sanctificationis virtus instrumentalis: non permanens, sed fluens in hominem, qui est vere sanctificationis subjectum: & ideo sacramentum

(a) non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquæ ad hominem, que est ablutio. Et ideo Magister in 111. dist. IV. Sent. dicit, quod baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma prescripta verborum. Res autem, & sacramentum est character baptismalis, qui est res significata per exteriorem abluentionem; & est signum sacramentale interioris justificationis, quæ est res tantum hujus sacramenti, scilicet significata, & non significans.

Ad primum ergo dicendum, quod id quod est sacramentum tantum in baptismo, transit; permanet autem, & id quod est sacramentum, & res, scilicet character, & id quod est res tantum, scilicet interior justificatio: sed character permanet indelebiter, ut supra dictum est (quæst. LXI. art. 5.) justificatio autem permanet, sed amissibiliter. Damascenus autem baptismum definit, non quantum ad id quod exterius agitur, quod est sacramentum tantum, sed quantum ad id quod est interius. Unde posuit duo pertinentia ad characterem, scilicet sigillum, & custodiam; in quantum ipse character, qui sigillum dicitur, quantum est de se, custodit animam in bono. Duo etiam posuit pertinentia ad ultimam rem sacramenti, scilicet regeneracionem, quæ ad hoc pertinet quod per baptismum homo inchoat novam vitam justitiæ, & illuminationem, quæ pertinet specialiter ad fidem, per quam homo spiritualem vitam accipit, secundum illud Habac. 1. 2. (b) Justus ex fide vivit. Baptismus autem est quedam fidei prolatio: unde dicitur fidei facta

(b) Vulgata ibi: Justus autem in fide sua vivit.

cramentum. Et similiter Dionysius baptismum definit per ordinem ad illa sacramenta, dicens 11. cap. eccl. Hier. (partum à princ.) quod est quoddam principium sanctissimorum mandatorum sacre actionis, ad eorum susceptionem oportunitatem formans nobis animales habitus. Et iterum in ordine ad caelestem gloriam, quæ est ultimus finis sacramentorum, cum subdit: Ad supercelsi quietis anagogen nostrum iter facient: & iterum quantum ad principium spiritualis vite, per hoc quod subdit: Sacre: & divinisimè nostræ regeneracionis traditio.

Ad secundum dicendum, quod, sicut dicitur est (in corp. art.) opinionem Hugonis de S. Victore in hac parte sequi non oportet. Potest tamen verificari ut baptismus dicatur esse aqua, quia aqua est materiale baptismi principium: & sic erit prædicatio per causam.

Ad tertium dicendum, quod accedente verbo ad elementum, fit sacramentum, non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per usum abluentionis: & hoc etiam signat verbum, quod accedit ad elementum, cum dicitur: *Ego te baptizo* &c.

ARTICULUS II.

365

Utrum baptismus fuerit institutus post Christi passionem.

IV. dist. 11. art. 5. & dist. VIII. quæst. 1. art. 3. quæst. 3. ad 2.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod baptismus fuerit institutus post Christi passionem. Causa enim præcedit effectum. Sed passio Christi operatur in sacramentis novæ legis. Ergo passio Christi præcedit institutionem sacramentorum novæ legis, & præcipue (a) institutionem baptismi; cum Apostolus dicat Rom. vi. 3. Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus &c.

2. Præterea. Sacramenta novæ legis efficaciam habent ex mandato Christi. Sed Christus mandatum baptizandi dedit discipulis post passionem, & resurrectionem suam, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c. ut habetur Matth. ult. 19. Ergo videtur quod post passionem Christi baptismus fuerit institutus.

3. Præterea. Baptismus est sacramentum necessitatis, ut supra dictum est (quæst. præc. art. 4.) & ita videtur quod ex quo baptismus institutus fuit, homines obligarentur ad baptismum. Sed ante passionem Christi homines non obligabantur ad baptismum: quia adhuc circumcisio suam virtutem habebat, in cuius locum successit baptismus. Ergo videtur

(a) Ita communiter optime. Al. intentionem.

quod baptismus non fuerit institutus ante passionem Christi.

Sed contra est quod Augustinus dicit in quodam sermone de Epiphania (serm. 1. Dom. infra. oct. à med.) Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo omnium peccata abluuntur. Sed hoc fuit ante Christi passionem. Ergo videtur quod baptismus ante Christi passionem fuerit institutus.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est supra (quæst. LXI. art. 1.) sacramenta ex sui institutione habent quod conferant gratiam. Unde tunc videtur aliquod sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suum effectum. Hanc autem virtutem accipit baptismus, quando Christus est baptizatus. Unde tunc vere baptismus institutus fuit quantum ad ipsum sacramentum. Sed necessitas utendi hoc sacramento iudicata fuit hominibus post passionem, & resurrectionem, tum quia in passione Christi terminata sunt figurata sacramenta, quibus succedit baptismus, & alia sacramenta novæ legis: tum etiam quia per baptismum configuratur homo passioni, & resurrectioni Christi, in quantum moritur peccato, & incipit novam justitiæ vitam. Et ideo oportuit Christum prius pati, & resurgere; quam hominibus indiceret necessitas se configurandi morti, & resurrectioni ejus.

Ad primum ergo dicendum, quod etiam ante passionem Christi baptismus habebat efficaciam à Christi passione, in quantum eam præfigurabat, aliter tamen quam sacramenta veteris legis: nam illa erant figuræ tantum; baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat justificandi, per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit.

Ad secundum dicendum, quod homines debent multiplicibus figuris arctari per Christum, qui venerat sua veritate figuras impletas auferre. Et ideo ante passionem suam baptismus institutum non posuit sub præcepto, sed voluit ad ejus exercitium homines assuescere, & præcipue in populo Judæorum; apud quem omnia facta figurata erant; ut Augustinus dicit contra Faustum (Lib. IV. cap. 11. à med.) Post passionem vero, & resurrectionem non solum Judæis, sed etiam Gentilibus sub præcepto necessitatem baptismi impositus, dicens (Matth. ult. 19.) Euntes docete omnes gentes.

Ad tertium dicendum, quod sacramenta non sunt obligatoria, nisi quando sub præcepto ponuntur: quod quidem non fuit ante passionem, ut dictum est (in corp. art.). Quod enim Dominus ante passionem Nicodemo dixit Joan. 1. 11. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

loco hujus in spirituali vita est baptisus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud ad Tit. 1. 11. 5. *Per lavacrum regenerationis, &c.* Secundo per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem, & virtutem; & loco hujus in spirituali vita est confirmatio, in qua datur Spiritus Sanctus ad robur. Unde dicitur discipulis jam baptizatis Luc. ult. 49. *Sedate in civitate, quousque induamini virtute ex alto.* Tertio per nutritionem, qua conservatur in homine vita, & virtus; & loco hujus in spirituali vita est Eucharistia. Unde dicitur Joann. vi. 54. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & hiberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et hoc quidem sufficeret homini, si haberet & corporaliter, & spiritualiter impaisibilem vitam. Sed quia homo incurrit interdum, & corporalem infirmitatem, & spiritalem, scilicet peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate: quae quidem est duplex. Una quidem est sanatio, quae sanitatem restituit: & loco hujus in spirituali vita est poenitentia, secundum illud Psalm. 51. 5. *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Alia autem est restitutio valetudinis pristinae per convenientem dietam, & exercitium: & loco hujus in spirituali vita est extrema unctio, quae removet peccatorum reliquias, & hominem paratum reddit ad finalem gloriam. Unde dicitur Jacobi v. 13. *Esti in peccatis sit, dimitte eum.* Perficitur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. Uno modo per hoc quod accipit potestatem regendi multitudinem, & exercendi actus publicos: & loco hujus in spirituali vita est sacramentum ordinis, secundum illud Hebr. vii. quod Sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo. Secundo quantum ad naturalem propagationem: quod fit per matrimonium tam in corporali, quam in spirituali vita, eo quod est non solum sacramentum, sed naturae officium. Ex his etiam patet sacramentorum numerus, secundum quod ordinantur contra defectum peccati. Nam baptisus ordinatur contra carentiam vite spiritualis; confirmatio contra infirmitatem animi, quae in nuper natis invenitur; Eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum; poenitentia contra aduale peccatum post baptismum commissum; extrema unctio contra reliquias peccatorum, quae scilicet non sunt sufficienter per poenitentiam sublatae, aut ex negligentia, aut ex ignorantia; ordo contra dissolutionem multitudinis; matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem, & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. Quidam vero accipiunt numerum sacramentorum per quamdam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culpa-

rum, & penalitatum, dicentes, quod fidei responderet baptisus; & ordinatur contra culpam originalem: spei extrema unctio; & ordinatur contra culpam venialem: caritati Eucharistia; & ordinatur contra penalitatem malitiae: prudentiae ordo; & ordinatur contra ignorantiam: justitiae poenitentia; & ordinatur contra peccatum mortale: temperantiae matrimonium; & ordinatur contra concupiscentiam: fortitudini confirmatio; & ordinatur contra infirmitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod idem agens principale utitur diversis instrumentis ad diversos effectus, secundum congruentiam operum. Et similiter virtus divina, & passio Christi operantur in nobis per diversa sacramenta quasi per diversa instrumenta.

Ad secundum dicendum, quod culpa, & poena diversitatem habent, & secundum speciem, inquantum sunt diversae species culpae, & poenarum, & secundum diversos hominum status, & habitudines; & secundum hoc oportuit multiplicari sacramenta, ut ex dictis patet (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod in actionibus hierarchicis considerantur, & agentes, & recipientes, & actiones. Agentes autem sunt Ministri Ecclesiae, ad quos pertinet ordinis sacramentum; recipientes autem, sunt illi qui ad sacramentum accedunt, qui producuntur per matrimonium; actiones autem sunt purgatio, illuminatio, & perfectio. Sed sola purgatio non potest esse sacramentum novae legis, quod gratiam confert; sed pertinet ad quaedam sacramentalia, quae sunt catechismus, & exorcismus. Purgatio autem, & illuminatio simul, secundum Dionysium (cap. 111. Eccl. Hierarch. parum à princ.) pertinent ad baptismum; & propter recidivum secundario pertinent ad poenitentiam, & extremam unctionem. Perfectio autem quantum ad virtutem quidem, quae est quasi perfectio formalis, pertinet ad confirmationem; quantum autem ad consecutionem finis, pertinet ad Eucharistiam.

Ad quartum dicendum, quod in Sacramento Confirmationis datur plenitudo Spiritus Sancti ad robur; in extrema autem unctio preparatur homo ut recipiat immediate gloriam; quorum neutrum competit veteri Testamento. Et ideo nihil potuit his sacramentis in veteri lege respondere. Nihilominus tamen sacramenta in veteri lege plura fuerunt numero, propter diversitatem sacrificiorum, & caeremoniarum. Ad quintum dicendum, quod contra concupiscentiam veterum oportuit specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentum: primo quidem quia per hujusmodi concupis-

centiam non solum vitatur persona, sed etiam natura; secundo propter vehementiam ejus, quae rationem absorbet.

Ad sextum dicendum, quod aqua benedicta, & aliae consecrationes non dicuntur sacramenta, quia non perducunt ad sacramenti effectum, qui est gratiae consecutio; sed sunt dispositiones quaedam ad sacramenta, vel removendo prohibens, sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias demonum, & contra peccata venialia; vel etiam idoneitatem quamdam faciendam ad sacramenti perfectionem, & perceptionem, sicut consecratur altare, & vasa propter reverentiam Eucharistiae.

Ad septimum dicendum, quod oblationes, & decimae erant tam in lege naturae, quam in lege Moysi ordinatae non solum in subsidium ministrorum, & pauperum, sed etiam in figuram: & ideo erant sacramenta. Nunc autem non remanserunt, inquantum sunt figurata; & ideo non sunt sacramenta.

Ad octavum dicendum, quod ad deletionem venialis peccati non requiritur infusio gratiae. Unde cum in quolibet sacramento novae legis infundatur, nullum sacramentorum novae legis instituitur directe contra veniale, quod tollitur per quaedam sacramentalia, puta per aquam benedictam, & alia hujusmodi. Quidam tamen dicunt, extremam unctionem contra veniale peccatum ordinari. Sed de hoc suo loco dicitur (in Supplement. quæst. xxx. art. 1.)

ARTICULUS II. 361

Utrum sacramenta convenienter ordinentur secundum modum praedictum.

IV. dist. 11. quæst. 1. art. 3. & dist. VII. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. & Ephes. v. fin.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod inconuenienter sacramenta ordinentur secundum modum praedictum. Ut enim Apostolus dicit I ad Cor. xv. 46. (a) *Prius est quod est animale, deinde quod spirituale.* Sed per matrimonium generatur homo prima generatione, quae est animalis; per baptismum autem regeneratur homo secunda generatione, quae est spiritualis. Ergo matrimonium debet praecedere baptismum.

2. Præterea. Per Sacramentum Ordinis aliquis accipit potestatem agendi actiones sacramentales. Sed agens est prior sua actione. Ergo ordo debet praecedere, & baptismum, & alia sacramenta.

3. Præterea. Eucharistia est spirituale nu-

trimentum; confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem est causa augmenti, & per consequens prius eo. Ergo Eucharistia est prior confirmatione.

4. Præterea. Poenitentia preparat hominem ad Eucharistiam. Sed dispositio praecedit perfectionem. Ergo poenitentia debet praecedere Eucharistiam.

5. Præterea. Quod est propinquius fini ultimo, est posterius. Sed extrema unctio inter omnia sacramenta propinquior est ultimo fini beatitudinis. Ergo debet habere ultimum locum inter sacramenta.

In contrarium est quod communiter ordinantur ab omnibus sacramenta, sicut prius dictum est (art. præc.)

Respondeo dicendum, quod ratio ordinis sacramentorum apparet ex his quae supra dicta sunt (ibid.) Nam sicut unum est prius quam multitudo; ita sacramenta quae ordinantur ad perfectionem unius personae, naturaliter praecedunt ea quae ordinantur ad perfectionem multitudinis. Et ideo ultimo inter sacramenta ponuntur ordo, & matrimonium, quae ordinantur ad multitudinis perfectionem; matrimonium tamen post ordinem, eo quod minus participat de ratione spiritualis vite, ad quam ordinantur sacramenta. Inter ea vero quae ordinantur ad perfectionem unius personae, naturaliter sunt priora illa quae per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vite, quam illa quae ordinantur per accidens, scilicet ad removendum accidens novum superveniens, cuiusmodi sunt poenitentia, & extrema unctio; posterior tamen est naturaliter extrema unctio, quae consummat sanationem, poenitentia, quae inchoat. Inter alia vero tria manifestum est quod baptisus, qui est spiritualis regeneratio, est prius; & deinde confirmatio, quae ordinatur ad formalem perfectionem virtutis; & postmodum Eucharistia, quae ordinatur (b) ad perfectionem finis.

Ad primum ergo dicendum, quod matrimonium, secundum quod ordinatur ad animale vitam, est naturae officium; sed secundum quod habet aliquid spiritualitatis, est sacramentum: & quia minimum habet de spiritualitate, ultimo ponitur inter sacramenta.

Ad secundum dicendum, quod ad hoc quod aliquid sit agens, presupponitur quod sit in se perfectum. Et ideo priora sunt sacramenta quibus aliquis in seipso perficitur, quam sacramentum ordinis, quo aliquis constituitur perfectior aliorum.

Ad tertium dicendum, quod nutrimentum, & praecedit augmentum, sicut causa ejus, & subsequitur augmentum, sicut conferens homines in perfecta quantitate, & virtute.

Et

(a) Valgata: Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde, &c. (b) Al. ad consecutionem.

corporum fixatorum in aqua, quod liquor plus habeat de aliena substantia quam de aqua, quod ex ipsiusmodi perspicitur potest. Si tamen ex liquore sic inspissato exprimitur aqua subtilis, potest in ea fieri baptismus, sicut & in aqua que exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit.

Ad tertium dicendum, quod aqua fluens de latere Christi pendens in cruce non fuit humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt in tali enim humore non posset fieri baptismus, sicut nec in sanguine animalis, aut in vino, aut quocumque liquore aliuscui plantæ fuit autem aqua pura, miraculose egrediens à corpore mortuo, sicut & sanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra Manicheorum errorem; ut scilicet per aquam, que est unum quatuor elementorum, ostenderetur corpus Christi vere fuisse compositum ex quatuor elementis; per sanguinem vero ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus.

Ad quartum dicendum, quod in lixivio, & in aquis sulphureorum balnearum potest fieri baptismus; quia tales aquæ non incorporantur per artem, vel naturam aliquibus corporibus mixtis, sed solum alterationem quamdam recipiunt ex hoc quod transeunt per aliqua corpora.

Ad quintum dicendum, quod aqua rosacea est liquor rosæ resolutus: unde in ea non potest fieri baptismus; & eadem ratione nec in aquis alchymicis, sicut nec in vino. Nec est eadem ratio de aquis pluvialibus, quæ generantur ex majori parte ex sublimatione vaporum resolutorum ex aquis; minimum autem est ibi de liquoribus corporum mixtorum; qui tamen per huiusmodi sublimationem virtutis nature, que est fortior arte, resolvuntur in veram aquam: quod ars facere non potest: unde aqua pluvialis nullam proprietatem retinet aliuscui corporis mixti; quod de aquis rosaceis, & aquis alchymicis dici non potest.

ARTICULUS V.

363

Utrum hæc sit conveniens forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Inf. quæst. lxxxiv. art. 3. cor. & IV. dist. 111. art. 6. q. 1. & I. Cor. 1. lect. 2.

Ad quintum sic proceditur. Viderur quod hæc non sit conveniens forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Actus enim magis debet attribui principali agenti quam ministro. Sed in sacramento minister agit ut instrumentum, ut

supra dictum est (quæst. lxxv. art. 1.) principale autem agens in baptismo est Christus secundum illud Joan. 1. 33. Super quem visideris Spiritum descendentem, & manentem, hic est qui baptizatus. Inconvenienter ergo minister dicit, Ego te baptizo; præsertim quia in hoc quod dicitur, baptizo, intelligitur Ego, & sic videtur superflue apponi.

2. Præterea. Non oportet quod ille qui aliquem actum exercet, de actu exercito faciat mentionem; sicut ille qui docet, non oportet quod dicat Ego vos doceo. Dominus autem simul tradidit præceptum baptizandi, & docendi, dicens Matth. ult. 19. Euntes docete omnes gentes, &c. Ergo non oportet quod in forma baptismi fiat mentio de actu baptismi.

3. Præterea. Ille qui baptizatur, quandoque non intelligit verba; pura si sit surdus, aut puer. Frustra autem ad talem sermo dirigitur, secundum illud Eccli. xxxi. 6. Ubi non est auditus, non effundat sermonem. Ergo inconvenienter dicitur, Ego te baptizo, sermone directo ad eum qui baptizatur.

4. Præterea. Contingit simul plures baptizari, & à pluribus; sicut Apostoli baptizaverunt una die tria millia, & alia die quinque millia, ut dicitur Act. 17. & 4. Non ergo debet forma baptismi determinari in singulari numero; ut dicatur, Ego te baptizo; sed potest dici: Vos vos baptizamus.

5. Præterea. Baptismus virtutem habet à passione Christi. Sed per formam baptismi sanctificatur. Ergo videtur quod in forma baptismi debeat fieri mentio de passione Christi.

6. Præterea. Nomen designat proprietatem rei. Sed tres sunt proprietates personarum divinarum personarum, ut in prima parte dictum est (quæst. xxxi. art. 3.) Non ergo debet dici, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sed in nominibus.

7. Præterea. Persona Patris non solum significatur nomine Patris, sed etiam nomine inascibilis, & genitoris; Filius etiam significatur nomine verbi, & imaginis, & geniti; Spiritus etiam Sanctus potest significari nomine doni, & amoris procedentis. Ergo videtur quod etiam his nominibus utendo perficiatur baptismus.

Sed contra est quod Dominus dicit Matth. ult. 19. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Respondeo dicendum, quod baptismus per suam formam consecratur, secundum illud Ephel. v. 26. Mundans eam lavacro aque in verbo vite; & Augustinus dicit in Lib. de unico baptismo (seu Lib. IV. de baptismo. cont. Donatist. cap. xv. & Lib. VI. cap. xxv.) quod baptismus verbis evangelicis consecratur. Et ideo oportet quod in forma baptismi exprimat

matu causa baptismi. Est autem ejus duplex causa: una quidem principalis, à qua virtutem habet, que est sancta Trinitas; alia autem instrumentalis, scilicet minister, qui tradit exterius sacramentum. Et ideo oportet in forma baptismi de utraque fieri mentionem. Minister autem tangitur, cum dicitur, Ego te baptizo; causa autem principalis, cum dicitur, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Unde hæc est conveniens forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ad primum ergo dicendum, quod actio attribuitur instrumento, sicut immediate agenti; attribuitur autem huiusmodi actio principali agenti, sicut in cuius virtute instrumentum agit. Et ideo in forma baptismi convenienter significatur minister ut exercens actum baptismi, per hoc quod dicitur, Ego te baptizo; sicut & ipse Dominus baptizandi actum attribuit ministris, dicens (Matth. ult. 19.) Baptizantes eos, &c. Causa autem principalis significatur, ut in cuius virtute sacramentum agitur, per hoc quod dicitur, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; non enim Christus baptizat sine Patre, & Spiritu Sancto. Græci autem non attribuunt actum baptismi ministris, ad evitandum antiquorum errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuiebant, dicentes (I. Cor. 1. 12.) Ego sum Pauli, & ego Cephe; & ideo dicunt: Baptizetur servus Christi, talis, in nomine Patris, &c. Et quia exprimitur actus exercitus per ministrum cum invocatione Trinitatis, verum perficitur sacramentum. Quod autem additur, Ego in forma nostra, non est de substantia formæ, sed postea ad majorem expressionem intentionis.

Ad secundum dicendum, quod quia ablutio hominis in aqua propter multa fieri potest, oportet quod determinetur in verbis formæ, ad quid fiat: quod quidem non fit per hoc quod dicitur: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: quia omnia in tali nomine facere debemus, ut habetur Colos. 111. Et ideo si non exprimitur actus baptismi vel per modum nostrum, vel per modum Græcorum, non perficitur sacramentum, secundum illam Decretalem Alexandri III. (quæ hab. cap. si quis, de baptis. & ejus effect.) si quis puerum ver in aqua immersti in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen; & non dixerit, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen; non est puer baptizatus.

Ad tertium dicendum, quod verba que profertur in formis sacramentorum, non pronuntiantur solum causa significandi, sed etiam causa efficiendi, in quantum habent efficaciam ab illo Verbo per quod facta sunt omnia; & ideo convenienter dirigitur non so-

lum ad homines non intelligentes, sed etiam ad creaturas insensibiles; ut cum dicitur: Exorcizo te creaturam solis.

Ad quartum dicendum, quod plures simul non possunt unum baptizare: quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab unoquoque agatur. Et sic si convenirent duo, quorum unus esset mutus, qui non posset proferre verba, & alius carens manibus, qui non posset exercere actum, non possent ambo simul baptizare, uno dicente verba, & alio exercente actum. Possunt autem, si necessitas exigit, plures simul baptizari, quia nullus eorum recipere nisi unum baptismum; sed tunc oportebit dicere, Ego baptizo vos: nec erit mutatio formæ: quia vos nihil aliud est, quam te, & te: quod autem dicitur nos, non est idem dicere, quod ego, & ego, sed ego, & tu; & sic jam mutaretur forma. Similiter autem mutaretur, si diceretur, Ego baptizo me. Et ideo nullus potest baptizare seipsum. Propter quod & Christus à Joanne voluit baptizari, ut dicitur extra de baptismo, & ejus effectu (cap. Debitum).

Ad quintum dicendum, quod passio Christi est sic principalis causa respectu ministri, est tamen causa instrumentalis respectu S. Trinitatis; & ideo potius commemoratur Trinitas quam passio Christi.

Ad sextum dicendum, quod etsi sint tria nomina personalia trium personarum, est tamen nomen unum trinitatis. Virtus autem divina, que operatur in baptismo, ad essentiam pertinet: & ideo dicitur in nomine, & non in nominibus.

Ad septimum dicendum, quod sicut aqua sumitur ad baptismum, quia ejus usus est communior ad abluendum; ita ad significandum tres personas in forma baptismi assumuntur illa nomina quibus communius confecerunt nominari personæ in illa lingua; nec in aliis nominibus perficitur sacramentum.

ARTICULUS VI.

369

Utrum in nomine Christi possit dari baptismus.

IV. dist. 19. art. 3. quæst. 2. ad 3. & I. Cor. 1. lect. 2.

Ad sextum sic proceditur. Viderur quod in nomine Christi possit dari baptismus. Sicut enim una est fides, ita est unum baptismum, ut dicitur Ephel. 17. Sed Act. viii. 12. dicitur, quod in nomine Christi baptizabantur viri, & mulieres. Ergo etiam nunc potest dari baptismus in nomine Christi.

2. Præterea. Ambrosius dicit (Lib. I. de Spiritu S. cap. 111. ante med.) Si Christum dicas, & Patrem, à quod unctus est, & ipsum qui

inquit est, Filium, & Spiritum Sanctum, quo inquit fieri baptizatus. Sed in nomine Trinitatis potest fieri baptismus. Ergo & in nomine Christi.

3. Præterea, Nicolaus I. Papa ad consulta Bulgarorum respondens dicit (cap. civ. & hab. cap. A quodam, de consecrat. dist. iv.) Qui in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus ait Ambrosius) rebaptizari non debent. Rebaptizarentur autem, si in hac forma baptizati sacramentum baptismi non reciperent. Ergo potest conferri baptismus in nomine Christi sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Christi.

Sed contra est quod Pelagius Papa scribit Gaudentio Episcopo (ut hab. cap. Si reuera, de consecrat. dist. iv.) Si bi qui in lucis dilectionis tunc vicinis commorari dicuntur, sed solommodo in nomine Domini baptizatos fuisse consentitur, sine cuiusquam dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam venientes in sanctæ Trinitatis nomine baptizabunt. Didymus etiam dicit in Lib. II. de Spiritu Sancto (parum à princ. inter op. Hieron.) Licet quis possit existere saxeus, ut ita dicam, cordis, & penitus mentis alienus, qui ita baptizari conetur: ut unum de prædictis nominibus (scilicet trium personarum) prætermittat; tamen sine perfectione baptizabitur.

Respondendo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 2. huj. quæst.) sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Et ideo si prætermittatur aliquid eorum quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret; nisi ex speciali dispensatione ejus qui virtutem suam sacramentis non alligavit. Christus autem instituit, sacramentum baptismi dari cum invocatione Trinitatis. Et ideo quicquid desit ad plenam invocationem Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Nec obstat quod in nomine unius persone intelligitur alia (sicut in nomine Patris intelligitur Filius) aut quod ille qui nominat unam solam personam, potest habere rectam fidem de tribus: quia sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis: unde non sufficit intellectus, vel fides Trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis Trinitas exprimitur. Unde in baptismo Christi, ubi fuit origo sanctificationis nostri baptismi, adfuit Trinitas in sensibilibus signis, scilicet Patris in voce, Filii in humana natura, Spiritus Sanctus in columba.

Ad primum ergo dicendum, quod ex speciali Christi revelatione Apostoli in primitiva Ecclesia in nomine Christi baptizabant, ut nomen Christi, quod erat odiosum Judæis, & Gentilibus, honorabile redderetur per hoc quod ad ejus invocationem Spiritus Sanctus datur in baptismo.

Ad secundum dicendum, quod Ambrosius assignat rationem, quare convenienter talis dispensatio fieri potuit in primitiva Ecclesia, quia scilicet in nomine Christi tota Trinitas intelligitur. Et ideo servabatur ad minus integritate intelligibili forma quam Christus tradidit in Evangelio.

Ad tertium dicendum, quod Nicolaus Papa dictum suum confirmat ex duobus præmissis. Et ideo ejus responso patet ex primis duobus solutionibus.

ARTICULUS VII.

Utrum immersio in aqua sit de necessitate baptismi.

IV. dist. 111. art. 4. quæst. 1.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod immersio in aqua sit de necessitate baptismi. Ut enim dicitur Ephes. iv. 5. una fides, unum baptisma. Sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. Ergo videtur quod non possit esse baptismus sine immersione.

2. Præterea, Apostolus dicit Rom. vi. 3. Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus: conspersi enim sumus cum illo per baptismum in verum. Sed hoc fit per immersionem: dicit enim Chrysostomus super illud Joan. 111. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto &c. (hom. xxiv. in Joan. à med.) „ Sicut in quodam sepulchro, in aqua submergentibus nobis capiti, verus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur; deinde novus rursus ascendit. Ergo videtur quod immersio sit de necessitate baptismi.

3. Præterea, si sine immersione totius corporis posset fieri baptismus, sequeretur quod pari ratione sufficeret quamlibet partem aqua perfundi. Sed hoc videtur inconveniens: quia originale peccatum, contra quod præcipue datur baptismus, non est in una tantum corporis parte. Ergo videtur quod requiratur immersio ad baptismum, & non sufficiat sola perfusio.

Sed contra est quod Hebr. x. 22. dicitur. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua mundi.

Respondendo dicendum, quod aqua assumitur in sacramento baptismi ad usum abluitionis corporalis, per quam significatur interior ablutio peccatorum. Ablutio autem fieri potest per aquam, non solum per modum immersionis, sed etiam per modum asperfusionis, vel effusionis. Et ideo quamvis

ARTICULUS VIII.

Utrum trina immersio sit de necessitate baptismi.

IV. dist. 111. art. 4. q. 2. & 3. & dist. xxiii. quæst. 1. art. 1.

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod trina immersio sit de necessitate baptismi. Dicit enim Augustinus in quodam sermone de Symbolo ad baptizatos (hom. 11. ad neophytos, ut refertur in Decr. dist. iv. de consecrat. cap. Postquam): Recte tertio mersus estis, qui accepistis baptismum in nomine sanctæ Trinitatis: recte tertio mersus estis, qui accepistis baptismum in nomine Jesu-Christi, qui etiam tertio die resurrexit à mortuis: illa enim tertio repetita immersio typum dominicæ exprimit sepulture, per quam Christo conspersi estis in baptismo. Sed utrumque videtur ad necessitatem baptismi pertinere, scilicet & quod significetur in baptismo Trinitas personarum, & quod fiat configuratio ad sepulturam Christi. Ergo videtur quod trina immersio sit de necessitate baptismi.

2. Præterea, sacramenta ex mandato Christi efficaciam habent. Sed trina immersio est ex mandato Christi: scribit enim Pelagius Papa Gaudentio Episcopo (& hab. cap. Multi sunt, de consecrat. dist. iv.) Evangelicum præceptum, ipso Domino Deo, & Salvatore nostro Jesu-Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immersio sanctum baptismum unicuique tribuere. Ergo sicut baptizare in nomine Trinitatis est de necessitate baptismi; ita etiam baptizare trina immersione videtur esse de necessitate baptismi.

3. Præterea, si trina immersio non sit de necessitate baptismi; ergo ad primam immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Si ergo addatur secunda, vel tertia, videtur quod secundo, vel tertio baptizetur: quod est inconveniens. Non ergo una immersio sufficit ad sacramentum baptismi; sed trina immersio videtur esse de necessitate ipsius.

Sed contra est quod Gregorius dicit scribens Leandro Episcopo (in Regist. Lib. I. epist. xl. à med.) Reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter, vel senel immergere: quantum & in tribus immersionibus personarum Trinitatis, & in una potest Divinitatis singularitas designari.

Respondendo dicendum, quod, sicut prius dictum est (art. præc. ad 1.) ad baptismum per se requiritur ablutio aquæ, quæ est de necessitate sacramenti, modus autem abluitionis per accidens se habet ad sacramentum. Et ideo, sicut ex prædicta auctoritate Gregorii patet, quan-

tutius sit baptizare per modum immersionis (quia hoc habet communior usus) potest tamen fieri baptismus per modum asperfusionis, vel etiam per modum effusionis, secundum illud Ezech. xxxvi. 25. Effundam super vos aquam mundam: sicut beatus Laurentius legitur baptizasse: & hoc præcipue propter necessitatem, vel quia est magna multitudo baptizandorum, ut patet Act. 11. & iv. ubi dicitur, quod crederunt una die tria millia, & alia die quinque millia. Quandoque autem potest imminere necessitas propter paucitatem aquæ, vel propter debilitatem ministri, qui non potest sustentare baptizandum, vel propter debilitatem baptizandi, cui potest imminere periculum mortis ex immersione. Et ideo dicendum est, quod immersio non est de necessitate baptismi.

Ad primum ergo dicendum, quod ea quæ sunt per accidens, non variant substantiam rei. Per se autem requiritur ad baptismum corporalis ablutio per aquam: unde & baptismus laqueum nominatur, secundum illud Ephes. v. 26. Mundam eam lavacro aquæ in verbo vite. Sed quod fiat ablutio hoc vel illo modo, accidit baptismo. Et ideo talis diversitas non tollit unitatem baptismi.

Ad secundum dicendum, quod in immersione expressius repræsentatur figura sepulture Christi: & ideo hic modus baptizandi est communior & laudabilior. Sed in aliis modis baptizandi repræsentatur aliquo modo, licet non ita expresse: nam quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis, vel aliqua pars ejus aquæ supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

Ad tertium dicendum, quod principalis pars corporis, præcipue quantum ad exteriora membra, est caput, in quo vigent omnes sensus & interiores, & exteriores. Et ideo si totum corpus aqua non possit perfundi propter aquæ paucitatem, vel propter aliquam aliam causam, oportet caput perfundere, in quo manifestatur principium animalis vite. Et licet per membra quæ generationi deserviunt, peccatum originale traducatur; non tamen sunt membra illa potius aspergenda quam caput: quia per baptismum non tollitur transmissio originalis in prolem per actum generationis, sed liberatur anima à macula, & reatu peccati, quod incurrit. Et ideo debet præcipue lavari illa pars corporis in qua manifestantur opera animæ. In veteri autem lege remedium contra originale peccatum institutum erat in membro generationis: quia adhuc ille per quem originale erat amovendum, nasciturus erat ex femine Abraham, cujus fidem circumcisio significabat, ut dicitur Rom. iv.

quantum est de se, utrumque licite fieri potest, scilicet & semel, & ter immergere: quia unica immersione significatur unitas mortis Christi, & unitas Deitatis; per trinam autem immersionem significatur triduum sepulture Christi, & etiam Trinitas personarum.

Sed diversis ex causis secundum ordinationem Ecclesie quandoque institutus est unus modus, quandoque alius. Quia enim à principio nascentis Ecclesie quidam de Trinitate male sentiebant, Christum purum hominem esse aestimantes, nec dici Filium Dei, & Deum nisi propter meritum eius, quod precipue fuit in morte; ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, & una immersione: quod reprobatur in primitiva Ecclesia. Unde in canonicis apostolicis (can. XLIX. & hab. LXXXIX. de consecrat. dist. IV.) *Si quis presbyter, aut Episcopus non trinam immersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari à quibusdam dicitur in morte Domini, deputatur: non enim nobis dixit Dominus, In morte mea baptizare, sed, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Postmodum vero inolevit quorundam schismaticorum, & hereticorum error homines rebaptizantium; sicut de Donatistis Augustinus narrat super Joan. (tract. XI. à med.) & Lib. de heresib. (heresi LXIX.) Et ideo in detestationem erroris eorum fuit statutum in Conc. Toletano IV. (can. VI. & hab. cap. LXXXV. de consecrat. dist. IV.) quod fieret una sola immersio: ubi sic legitur: *Propter vitandum schismatis scandalum, vel heretici dogmatis usum, singulam renouamus baptismi immersionem.* Sed, cessante tali causa, communiter observatur in baptismo trina immersio. Et ideo graviter peccare aliter baptizans, quasi ritum Ecclesie non observans; nihilominus tamen esset baptismus.

Ad primum ergo dicendum, quod Trinitas est sicut agens principale in baptismo. Similitudo autem agentis pervenit ad effectum secundum formam, & non secundum materiam. Et ideo significatio Trinitatis fit in baptismo per verba formæ: nec est de necessitate, quod significetur Trinitas per usum materię; sed hoc fit ad maiorem expressionem. Similiter etiam mors Christi figuratur sufficienter in unica immersione. Triduum autem sepulture non est de necessitate salutis nostre: quia etiam uno die fuisset sepultus, vel vel mortuus, sufficisset ad perficiendam nostram redemptionem. Sed triduum illud ordinatur ad manifestandum veritatem mortis, ut supra dictum est (quæst. LI. art. 4. & quæst. LI. art. 2.) Et ideo patet quod trina immersio nec ex parte Trinitatis, nec ex parte passionis Christi est de necessitate sacramenti.

Ad secundum dicendum, quod Pelagius Papa intelligit, trinam immersionem esse de mandato Christi in suo simili, in hoc scilicet quod Christus præcepit baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Non tamen est similis ratio de forma, & de usu materię, ut dictum est (in sol. præc.)

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (q. LXIV. art. 8.) intentio requiritur ab baptismum. Et ideo ex intentione ministri Ecclesie, qui intendit unum baptismum dare trina immersione, efficitur unum baptismum. Unde Hieronymus dicit super epistolam ad Ephes. (sup. illud cap. IV. *Unus Dominus &c.*) *Licet ter baptizetur, id est immergatur, propter mysterium Trinitatis, tamen unum baptismum reputatur.* Si vero intenderet ad unamquamque immersionem unum baptismum dare, ad singulas immersiones repetens verba formæ, peccaret, quantum in se est, pluribus baptizans.

ARTICULUS IX. 374

Utrum baptismus possit iterari.

IV. dist. VI. quæst. II. art. I. quæst. I. & IV. cont. cap. LIX. fin. & cap. LXX. & LXXI. & Joan. III. & Ephes. IV. lect. 2.

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod baptismus possit iterari. Baptismus enim videtur institutus ad abluentionem peccatorum. Sed peccata iterantur. Ergo multo magis baptismus debet iterari: quia misericordia Christi transcendit hominis culpam.

2. Præterea. Joannes Baptista præcipue fuit à Christo commendatus, cum de eo dicitur sit Matth. XI. II. *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.* Sed baptizati à Joanne iterum baptizabantur, ut habetur Act. XIX. ubi dicitur, quod Paulus baptizabat eos qui erant baptizati baptismo Joannis. Ergo multo fortius illi qui sunt baptizati ab hereticis, vel peccatoribus, sunt rebaptizandi.

3. Præterea. In Niceno Conc. (can. XIX.) statutum est, *si quis confugerit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis, & Cataphrygis, rebaptizari eos omnino debere.* Videtur autem esse eadem ratio de aliis hereticis. Ergo baptizati ab hereticis debent rebaptizari.

4. Præterea. Baptismus est necessarius ad salutem. Sed de quibusdam baptizatis aliquando dubitatur, an sint baptizati. Ergo videtur quod debeant iterum baptizari.

5. Præterea. Eucharistia est perfectius sacramentum quam baptismus, ut supra dictum est (quæst.

(quæst. præc. art. 3.) Sed sacramentum Eucharistie iteratur. Ergo videtur quod multo magis baptismus possit iterari.

Sed contra est quod dicitur Ephes. IV. 5. *Una fides, unum baptismum.*

Respondetur dicendum, quod baptismus iterari non potest.

Primo quidem quia baptismus est quedam spiritalis regeneratio, prout scilicet aliquis moritur veteri vitæ, & incipit novam vitam agere: unde dicitur Joan. III. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.* Unus autem non est nisi una generatio. Et ideo non potest baptismus iterari, sicut nec carnalis generatio. Unde Augustinus super illud Joan. V. *Numquid potest homo in ventrem matris sue iterato introire, & renasci?* dicit (tract. XI. in Joan. ante med.) ; Sic tu intellige nativitatem spiritus, quomodo intellexit Nicodemus nativitatem carnis: quomodo enim uterus non potest repeti, sic nec baptismus.

Secundo quia in morte Christi baptizamus, per quam moritur peccato, & resurgimus in novitatem vitæ. Christus autem semel tantum mortuus est. Et ideo baptismus iterari non debet. Propter quod Hebr. VI. 6. contra quosdam rebaptizari volentes dicitur: *Rursus cruciungentes sibi scriptis Filium Dei: ubi Glossa (ord. sup. illud, Renovari rursus) dicit: ; Una Christi mors unum baptismum consecravit.*

Tertio, quia baptismus imprimat caracterem, qui est indelebilis, & cum quadam consecratione datur. Unde sicut alie consecrationes non iterantur in Ecclesia, ita nec baptismus. Et hoc est quod Augustinus dicit II. contra ep. Parmeniani (cap. XII. à med.) quod ; character militaris non repetitur, & quod non minus hæret sacramentum Christi, quam corporalis hæc nota; cum videamus, nec apostatas carere baptismate, quibus utitur, que per penitentiam redeuntibus non refertur.

Quarto quia baptismus principaliter datur contra originale peccatum. Et ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita etiam nec baptismus iteratur: quia, ut dicitur Rom. V. 18. *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in omnes homines in justificationem vitæ.*

Ad primum ergo dicendum, quod baptismus operatur in virtute passionis Christi, sicut supra dictum est (art. 2. huj. quæst.) Et ideo sicut peccata sequentia virtutem passionis Christi non auferunt; ita etiam non auferunt baptismum, ut necesse sit ipsum iterari: sed penitentia superveniente tollitur peccatum, quod impediens effectum baptismi.

S. Th. Op. Tom. V.

Ad secundum dicendum, quod sicut Augustinus dicit super illud Joan. I. Sed ego nesciebam eum (tract. V. in Joan. vers. fin.) ; Ecce post Joannem baptizatum est, post homicidam non est baptizatum: quia Joannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluat.

Ad tertium dicendum, quod Pauliani, & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis. Unde Gregorius dicit scribens Quitino Episcopo (in Regist. Lib. IX. epist. LXI. parum à princ.) ; Hi heretici qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiani, & Cataphrygæ (qui scilicet idem sentiebant cum Paulianis) quia & illi Christum Deum non credunt, existimantes ipsum scilicet esse purum hominem, & ; isti scilicet Cataphrygæ, Spiritum Sanctum perverfo sensu esse quemdam pravum hominem, Montanum scilicet credunt: tales cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptismum non fuit, quod in errore positi in sancte Trinitatis nomine minime perciperunt. Sed sicut in regulis eccl. (sc. in Lib. de ecclesiasticis dogm. cap. LII.) dicitur, ; si qui apud illos hæreticos baptizati sunt qui in sancte Trinitatis confessione baptizabant, & veniunt ad catholicam fidem, recipiantur ut baptizati.

Ad quartum dicendum, quod, sicut dicit Decret. Alexandri III. (quæ hab. cap. De quibus II. de baptism. & ejus effect.) ; De quibus dubium est an baptizati fuerint baptizentur, his verbis præmissis: Si baptizatus es, ego non te baptizo; sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c. non enim videtur iterari quod nescitur esse factum.

Ad quintum dicendum, quod utrumque sacramentum, scilicet baptismi, & Eucharistie, est repræsentativum dominicæ mortis, & passionis aliter tamen, & aliter: nam in baptismum commemoratur mors Christi, in quantum homo Christo commoritur, ut in novam vitam regeneretur; sed in sacramento Eucharistie commemoratur mors Christi in quantum ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale convivium, secundum illud I. Corinth. V. 7. *Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur.* Et quia homo semel nascitur; multoties autem cibatur, semel tantum datur baptismus, multoties autem Eucharistia.

ARTICULUS X. 373
 Utrum ritus quo Ecclesia in baptizando utitur, sit convenienter. *quæst. 11. art. 3. ad 7. & dist. 11. quest. 11. art. 1. quest. 3.*

AD decimum sic proceditur. Videtur quod non sit convenienter ritus quo Ecclesia utitur in baptizando. Ut enim dicit Chrysostomus (hab. in fragment. Chromatii in Biblioth. PP. & cap. x. de Consecrat. dist. 1v. nunquam aqua hantismi purgare peccata credentium possent, nisi vultu dominici corporis sanctificata fuissent. Hoc autem factum fuit in baptismo Christi, qui celebratur in festo Epiphaniæ. Ergo magis deberet celebrari solemniter baptismus in festo Epiphaniæ quam in vigilia paschæ, & in vigilia Pentecostes.

2. Præterea. Ad idem sacramentum non videtur pertinere diversarum materiarum usus. Sed ad baptismum pertinet ablutio aque. Inconvenienter igitur ille qui baptizatur, bis inungitur oleo sancto, primum in pectore, deinde inter scapulas, & tertio chrismate in vertice.

3. Præterea. (a) *In Christo Jesu non est masculus, & femina, Barbarus, & Scythæ*: (Coloss. 111. 11.) & eadem ratione nec aliquæ aliæ hujusmodi differentie. Multo igitur minus diversitas vestium aliquid operatur in fide Christi. Inconvenienter igitur baptizatus traditur candida vestis.

4. Præterea. Sine hujusmodi observantiis potest baptismus celebrari. Hæc igitur quæ dicta sunt, videntur esse superflua, & ita inconvenienter ab Ecclesia instituta esse in ritu baptismi.

Sed contra est quod Ecclesia regitur Spiritu Sancto, qui nihil inordinatum operatur.

Respondeo dicendum, quod in sacramento baptismi aliquid agitur quod est de necessitate sacramenti, & aliquid est quod ad quandam solemnitatem sacramenti pertinet.

De necessitate quidem sacramenti est forma, quæ designat principalem causam sacramenti; & minister, qui est causa instrumentalis; & usus materie, scilicet ablutio in aqua, quæ designat principalem sacramenti effectum.

Cetera vero omnia quæ in ritu baptizandi observat Ecclesia, magis pertinent ad quandam solemnitatem sacramenti. Quæ quidem adhibentur in sacramento propter tria. Primo quidem ad excitandam devotionem fide-

(a) *Vulgata*: Ubi non est Gentilis, & Judæus, circumcisio, & præputium, Barbarus & Scythæ.

lium, & reverentiam ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablutio in aqua ablue solemnitate, de facili ab aliquibus estimaretur quasi quedam communis ablutio. Secundo ad fidelium instructionem. Simples enim, qui litteris non erudiuntur, oportet erudire per aliqua sensibilia signa, puta per picturas, & aliqua hujusmodi: & per hunc modum per ea quæ in sacramentis aguntur, vel instruantur, vel sollicitantur ad querendum de his quæ per hujusmodi sensibilia signa significantur. Et ideo quia præter principalem sacramenti effectum, oportet quandam alia scire circa baptismum, convenienter fuit ut etiam quibusdam exterioribus signis representarentur. Tertio quia per orationes, & benedictiones, & alia hujusmodi cohibetur vis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus in Epiphania baptizatus est baptismum Joannis, ut supra dictum est (quest. xxxix. art. 2.) quo quidem baptismum non baptizantur fideles, sed potius baptismum Christi: qui quidem habet efficaciam ex passione Christi, secundum illud Rom. vi. 3. *Quicumque baptizati sumus: & ex Spiritu Sancto*, secundum illud Joannis 111. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c.* Et ideo solemniter baptismus agitur in Ecclesia & in vigilia paschæ, quando fit commemoratio dominicæ sepulture, & resurrectionis ejusdem (propter quod & Dominus post resurrectionem præcepit de baptismum discipulis dedit, ut haberet Matth. ult.) & in vigilia Pentecostes, quando incipit celebrari solemnitas Spiritus Sancti: unde & Apostoli leguntur ipsi die Pentecostes, quo Spiritum sanctum receperant, tria milia hominum baptizasse.

Ad secundum dicendum, quod usus aque adhibetur in baptismum, quasi pertinet ad substantiam sacramenti; sed usus olei, vel chrismati adhibetur ad quandam solemnitatem. Nam primo baptizandus inungitur oleo sancto & in pectore, & in scapulis, *quasi athlete Dei*, ut Ambrosius dicit in Lib. I. de sacramentis (cap. 11. in princ.) sicut pugiles in ungi consueverunt. Unde, sicut Innocentius III. dicit in quadam Decr. de sacra unctione (cap. *Cum venisset*), baptizandus in pectore inungitur, ut per Spiritum Sancti donum errorem abiciat, & ignorantiam, & fidem rectam suscipiat: quia iustus ex fide vivit. Inter scapulas autem inungitur, ut per Spiritum Sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem; & bonam operationem, & exerceat: quia fides sine operibus mortua est; ut

ut per fides sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium, fortitudo laborum in scapulis. Post baptismum vero, ut Rabanus dicit (Lib. institut. cleric. cap. xxviii. circ. med.) statim signatur in cerebrotio à Presbytero cum sacro chrismate, sequente simul & oratione, ut Christianus regni participes fiat, & à Christo Christianus possit vocari: vel, sicut Ambrosius dicit (Lib. III. de sacram. cap. 11. à princ.) unguentum super caput effunditur, quia sapientis sensus in capite ejus; (quod sequitur hab. Innocent. III. loc. cit.) ut scilicet sit paratus omni petenti de fide reddere rationem.

Ad tertium dicendum, quod vestis illa candida traditur baptizato, non quidem e ratione quod non liceat ei aliis vestibus uti, sed in signum gloriose resurrectionis, ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significandam puritatem vite, quam debent post baptismum observare, secundum illud Rom. vi. 4. *In novitate vite ambulemus.*

Ad quartum dicendum, quod ea quæ pertinent ad solemnitatem sacramenti, etsi non sint de necessitate sacramenti, non tamen sunt superflua, quia sunt ad bene esse sacramenti, ut dictum est (in corp.)

ARTICULUS XI. 374

Utrum convenienter describantur tria baptismata.

IV. dist. 11. quest. 111. art. 3. & quest. vi. art. 4. & Joan. 111. lect. 1. fin. & Heb. vi. lect. 3. fin.

AD undecimum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter describantur tria baptismata, scilicet aquæ, sanguinis, & flammis, sive Spiritus Sancti. Quia Apostolus dicit Ephes. 1v. 5. *Una fides, unum baptismum.* Sed non est nisi una fides. Ergo non debent poni tria baptismata.

2. Præterea. Baptismus est quoddam sacramentum, ut ex supradictis patet (quest. lxxv. art. 1.) Sed solus baptismus aquæ est sacramentum. Ergo non debent poni alia duo baptismata.

3. Præterea. Damascenus in IV. Lib. (orth. Fid. cap. x. à med.) determinat plura alia genera baptismatum. Non ergo debent poni solum tria baptismata.

Sed contra est quod super illud Hebr. vi. *Baptismatum delineat*, dicit Glossa (ordin.) Pluraliter dicit, quia est baptismus aquæ, penitentia, & sanguinis.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra

(a) *Vulgata*: in qua pauci, id est octo anime &c.

dictum est (art. 2. huj. quæst. & quest. lxxv. art. 5.) baptismus aquæ efficaciam habet à passione Christi, cui aliquis configuratur per baptismum, & ulterius sicut à prima causa à Spiritu Sancto. Licet autem effectus dependeat à prima causa; causa tamen superexcedit effectum, nec dependet ab effectu.

Et ideo præter baptismum aquæ potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione Christi, in quantum quis ei conformatur pro Christo patiendo. Unde dicitur Apocalyp. vii. 14. *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine agni.* Eadem etiam ratione aliquis per virtutem Spiritus Sancti consequitur effectum baptismi, non solum sine baptismum aquæ, sed etiam sine baptismum sanguinis, in quantum scilicet aliquis cor per Spiritum Sanctum moveatur ad credendum, & diligendum Deum, & penitentiam de peccatis: unde etiam dicitur baptismus penitentia. Et de hoc dicitur Isa. 1v. 4. *Si abluerit Dominus fordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem laverit de medio ejus in spiritu iudicii, & spiritu ardoris.*

Sic igitur utrumque aliorum baptismatum nominatur baptismum, in quantum supplet vicem baptismi aquæ. Unde dicit Augustinus in IV. Lib. de unico baptismum parvulorum (cont. Donatist. cap. xxiii. in princ.) *Baptismi vicem aliquando implere baptismum, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leve documentum assumit; quod etiam, atque etiam considerans invenio, non tantum passionem pro nomine Christi, id quod baptismum deerat, posset supplere, sed etiam fidem, conversionemque cordis; si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest.*

Ad primum ergo dicendum, quod alia duo baptismata includuntur in baptismum aquæ, qui efficaciam habet & ex passione Christi, & ex Spiritu Sancto. Et ideo per hoc non tollitur unitas baptismatis.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. lxx. art. 1. & 2.) sacramentum habet rationem signi; alia vero duo conveniunt cum baptismum aquæ non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis: & ideo non sunt sacramenta.

Ad tertium dicendum, quod Damascenus ponit quedam baptismata figurata sicut diluivium, quod fuit signum nostri baptismi, quantum ad salvationem fidelium in Ecclesia, sicut (a) *tunc pauci anime salva facte sunt in arca*; ut dicitur I. Petr. 111. 20.

Ponit etiam tranſeum maris rubri, qui ſignificat noſtrum baptiſma, quantum ad liberationem à ſervitute peccati: unde & Apoſtolus dicit I. Corinth. x. 2. quod omnes baptizati ſunt in nube, & in mari. Ponit etiam ablutiones diverſas, quæ fiebant in veteri lege, præfigurantes noſtrum baptiſma, quantum ad purgationem peccatorum. Ponit etiam baptiſmum Joannis, qui fuit præparatorius ad noſtrum baptiſma.

ARTICULUS XII. 375

Utrum baptiſmus ſanguinis fit poſſiſſimus inter alia baptiſmata.

IV. diſt. IV. quæſt. 111. art. 3. quæſt. 4. & Hebr. VI. lect. 3. ſu.

AD duodecimum ſic proceditur. Videtur quod baptiſmus ſanguinis non ſit poſſiſſimus inter tria prædicta baptiſmata. Baptiſmus enim aquæ imprimi characterem: quod quidem baptiſmus ſanguinis non facit. Ergo baptiſmus ſanguinis non eſt potior quam baptiſmus aquæ.

2. Præterea. Baptiſmus ſanguinis non valet ſine baptiſmo flaminis, qui eſt per caritatem: dicitur enim I. ad Corinth. x111. 3. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. Sed baptiſmus flaminis valet ſine baptiſmo ſanguinis, non enim ſoli Martyres ſalvantur. Ergo baptiſmus ſanguinis non eſt poſſiſſimus.

3. Præterea. Sicut baptiſmus aquæ habet efficaciam à paſſione Chriſti, cui ſecundum prædicta (art. præc.) reſpondet baptiſmus ſanguinis; ita paſſio Chriſti efficaciam habet à Spiritu Sancto, ſecundum illud Hebr. ix. 14. Sanguinis Chriſti, qui per Spiritum Sanctum obtulit ſemetipſum pro nobis, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, &c. Ergo baptiſmus flaminis potior eſt quam baptiſmus ſanguinis. Non ergo baptiſmus ſanguinis eſt poſſiſſimus.

Sed contra eſt quod Auguſtinus ad Fortunatum loquens de comparatione baptiſmum dicit: (Gennadius in Lib. de eccl. dogmatib. cap. Lxxiv.) Baptizatus conſtituit ſidem ſuam coram ſacerdote, Martyr coram perſecutore: ille poſt conſeſſionem aſpergitur aqua, hic ſanguine: ille per impoſitionem manus Pontificis recipit Spiritum Sanctum, hic templum efficitur Spiritus Sancti.

Reſpondeo dicendum, quod, ſicut dictum eſt (art. præc.) effuſio ſanguinis pro Chriſto, & operatio interior Spiritus Sancti dicuntur baptiſmata, in quantum efficiunt effectum baptiſmi aquæ. Baptiſmus autem aquæ efficaciam

(a) Ita cum mſ. Garcia & poſteriores editi. Al. per poſſiſſimum dilectionis, ſecundum illud, &c.

ARTICULUS I. 376

Utrum ad officium diaconi pertineat baptizare.

IV. diſt. v. quæſt. 11. art. 1. quæſt. 1. & diſt. v11. quæſt. 111. art. 1. q. 1. corp. & diſt. x111. quæſt. 11. art. 3. corp. quæſt. 2. corp.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod ad officium diaconi pertineat baptizare. Simul enim iungitur à Domino officium prædicandi Evangelium, & baptizandi, ſecundum illud Matth. ult. 19. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Sed ad officium diaconi pertinet evangelizare. Ergo videtur quod etiam ad officium diaconi pertineat baptizare.

2. Præterea. Secundum Dionyſium v. cap. eccl. Hierarch. (aliquant. à princ.) purgare pertinet ad officium diaconi. Sed purgatio à peccatis maxime fit per baptiſmum, ſecundum illud Ephel. v. 26. Mundans eam lava- ero aquæ in verbo vite. Ergo videtur quod baptizare pertinet ad diaconum.

3. Præterea. De B. Laurentio legitur, quod cum ipſe eſſet diaconus, plurimos baptizabat. Ergo videtur quod ad diaconos pertineat baptizare.

Sed contra eſt quod Gelafius I. Papa dixit (epiſt. ix. cap. v11.) & habetur in Decret. x111. diſt. (cap. x111.) Diaconos propriam conſtituimus obſervare meſuram: & infra: Abſque Epifcopo, vel Presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis ordinibus forſaſſe longius conſtituti, neceſſitas extrema compellat.

Reſpondeo dicendum, quod ſicut cæleſtium ordinum proprietates, & eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur, ut Dionyſius dicit v11. cap. cæleſt. Hierarch. (in princ.) ita etiam ex nominibus eccleſiaſticorum ordinum accipi poſſunt quid ad unumquemque pertinet ordinem.

Dicuntur autem diaconi, quaſi miniſtri: quia videlicet ad diaconos non pertinet aliquod ſacramentum principaliter, & quaſi ex proprio officio præbere, ſed adhibere miniſterium aliis majoribus in ſacramentorum exhibitione. Et ſic ad diaconum non pertinet, quaſi ex proprio officio, tradere ſacramentum baptiſmi, ſed in collatione huius ſacramenti, & aliorum aſſiſtere, & miniſtrare majoribus. Unde Iſidorus dicit (in epiſt. ad Laudeſiend.) Ad diaconum pertinet aſſiſtere, & miniſtrare ſacerdotibus in omnibus que aguntur in ſacramentis Chriſti; in baptiſmo ſcilicet, in chriſmate, in pœna, & calice.

Ad primum ergo dicendum, quod ad diaconum pertinet recitare Evangelium in Ec-

cleſia, & prædicare ipſum per modum catechizantis; unde & Dionyſius dicit (cap. v. eccl. Hierarch. circ. med. & cap. 111.) quod diaconi habent officium ſuper immundos; inter quos ponit catechumenos. Sed docere, id eſt exponere Evangelium, pertinet proprie ad Epifcopum, cujus actus eſt per ſicere, ſecundum Dionyſium v. cap. eccl. Hierarch. (ante med.) Peſſicere autem idem eſt quod docere. Unde non ſequitur quod ad diaconos pertineat officium baptizandi.

Ad ſecundum dicendum, quod, ſicut Dionyſius dicit in 11. eccl. Hierarch. (parum à princ.) baptiſmus non ſolum habet purgativam, ſed etiam illuminativam virtutem: & ideo excedit officium diaconi, ad quem pertinet ſolum purgare, ſcilicet vel repellendo immundos, vel diſponendo eos ad ſacramenti ſuſceptionem.

Ad tertium dicendum, quod quia baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, permittitur diaconi, neceſſitate urgente, in abſentia majorum baptizare, ſicut patet ex auctoritate Gelafii ſupra iuducta (in arg. Sed contra.) Et hoc modo B. Laurentius diaconus exiſtens baptizavit.

ARTICULUS II. 377

Utrum baptizare pertineat ad officium presbyterorum.

IV. diſt. v. quæſt. 11. art. 1. quæſt. 2. & diſt. v11. quæſt. 1. art. 1. quæſt. 3. corp. & diſt. x111. quæſt. 111. art. 3. quæſt. 2. corp. & diſt. xx1v. quæſt. 11. art. 1. quæſt. 1. ad 1. corp.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod baptizare non pertineat ad officium presbyterorum, ſed ſolum Epifcoporum. Quia, ſicut dictum eſt (quæſt. præc. art. 3. arg. 1. & art. præc. arg. 1.) ſub eodem præcepto iungitur Matth. ult. officium docendi, & baptizandi. Sed docere, quod eſt peſſicere, pertinet ad officium Epifcopi, ut patet per Dionyſium v. & v1. eccl. Hier. Ergo & baptizare pertinet tantum ad officium Epifcopi.

2. Præterea. Per baptiſmum annuntietur aliquis populo Chriſtiano: quod quidem videtur ad officium ſolius Principis pertinere. Sed principatum in Eccl. tenent Epifcopi qui, ut dicitur in Gloſſa (ord. Bedæ ſup. illud, deſignavit Dominus) Luc. x. tenent locum Apoſtolorum, de quibus dicitur in Palm. x11v. 17. Conſtitue eos principes ſuper omnem terram. Ergo videtur quod baptizare pertineat ſolum ad officium Epifcopi.

3. Præterea. Iſidorus dicit (loc. cit. art. præc.) quod ad Epifcopum pertinet baptiſmum conſecratio, unctio altaribus, & conſeſſio chriſmatis.